

# The Digital *Viridarium consolationis* Project

## Pars 4: De aliis virtutibus Caput 1: De humilitate (11)

Idem (Gregorius):

Si quis tibi intulerit mala, ne irascaris,  
sed dole potius pro eo, quia deus irascitur illi.

Basilivs dixit:

...Si quis tibi intollerit mala, ne uel irascaris;  
sed dole pocius pro eo, quia Deus illi irascitur.

Defensor Locociagensis, *Liber scintillarum*, 2.40  
(CCSL 117, H. Rochais ed., p.10).

Si quis tibi intulerit mala, ne velis irasci aut retribuere illi,  
etiam si possis, sed dole potius pro eo, quia Dominus irascetur ei.

Pseudo-Basilius, *Admonitio ad filium spiritualum*, 19  
(P. Lehmann ed., 1955, p.60, ll.10-11).